Deputatio Instigatoris

Sigismundus etc.

Mag[c]o Nicolao Zebrzidowskij de Zebrzidowice Palatino Lublinen[si] Capitaneo Generali Crac[oviensi], etc. vel in eius absentia eius officio Castri Castren[si] Crac[oviensi] Sinc[ere] et Fid[eliter] nobis dilecto gratiam nostram Regiam. Mag[nifi]ce Sinc[ere] nobis dilecte Accepimus ex Supplici libello Universitatis Crac[oviensis] nomine nobis oblato accidisse enorme facinus non ita pridem quod vid[elic]et quidam N. Przeszdziecsky Civis cuiusdam Cleparden[sis] filius Studiosus venerabilem olim Gasparem Lubartz Artium liberalium Magistrum et Philosophiae Doctorem Seniorem et Praeceptorem suum sub specie citationis tunc extra Urbem manen[tem] evocatum ex insidijs innocentissime et crudelissime interfecit itaque homicida cura et studio officij Sinc[ere] tuo Castren[si] Crac[oviensi] madens tepido adhuc sanguine comprehensus est. Cum autem defuncti consanguineum praeter fratrem germanum eumque Sacerdotem quem in sanguinem agere canones prohibent neminem talem relinquit ad quem iure accusatio pertineat nostra vero et Reipub. interest, ne tam enormia scelera impunita maneant praesertim quod id sub nostra praesentia non sine nostra indignitate accideret. Hortamur Sinc[ere] tuam eidemque mandamus ut ex officio suo in eum homicidam iure animadvertat cum in publicis et manifestis facinoribus etiam instigatore nemine officium procedere leges non tantum prohibent sed etiam iubent. Porro quo ea res tuam utique figuram Judicij consequatur deputamus authoritate nostra Regia in locum Instigatoris officij et Sinc[ere] tui Nobilem Nicolaum Zelikowskij cui plenam ad hanc causam damus potestatem accusationem contra homicidam coram Sinc[ere] tuo officio instituendi eamque causam ad finem usque et meritas poenas deducendi, eum quidem Nicolaum Zelikowskij nos habilem ac idoneum ad procedendum in hac causa recentis et tam enormis facinoris declaramus modo Sinc[ere] tua quod ad suum pertinebit officium non intermittat. Pro gratia nostra etc.

Litera passus

Sigismundus etc.

Universis et singulis Regibus et Principibus Christianis tam Ecclesiasticis quam Politicis alijsque omnibus Magistratibus publicis et munia quaecunque gerentibus privatisque omnibus cuiuscunque status et conditionis Vicinis nostris charissimis salutem et benevolentiam, subditis vero nostris gratiam nostram Regiam. Professi sunt vi

propter certa negocia sua Venetias Famati Azwedor Krzysztowicz
et Bobrik Biedrosowicz Armeni Cives et Mercatores Leopolien.
Subditi nostri Requirimus itaq ab omnibus Vicinis iure amicitiae
ut eos euntes et redeuntes cum rebus mercibus omniq comitatu ubiq
locorum hospitatu recipiant, atq libere proficisci et cursus sistere
morari patiantur debitaq humanitate prosequantur Neq alius rei
sinistrae suspectos habeant quidquam pestilen. contagij ab eis
eorumq hominibus et bonis metuant cum ex ijs locis veniant, quae
ab ea tunc per Dei nostri misericordiam libera sunt, et immunia
Gratum id nobis erit subditis vero nostris secus fecerint Gratiam
nostram Mandamus In cuius rei etc.

Donatio iuris caduci

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quia nos servitiorum Generosi Pauli Szczerbicz Decretorum nostro-
rum Notarij rationem habentes eidem bona omnia mobilia et imobilia
morte Famati olim Joannis Euchle civis Leopolien. non ita pridem
sterilites defuncti quocunq modo ad nos Fiscumq nostrum devoluta
dan. et donan. esse duximus damusq et donamus iure perpetuo et
irrevocabilis donationis cum plena potestate et facultate eadem bo-
na omnia ubicunq locorum existentia iure repeten., tollen., debita
si quae sint emonen., et in usus suos proprios convertendi Nihil
iuris et dominij nobis Fiscoq nostro in eisdem bonis relinquendo
In cuius rei fidem etc.

Confirmatio Testamenti

Sigismundus etc. Scamus etc.

Exhibitas nobis fuisse per certos Consiliarios nostros nomine
Honestae Ursulae Famati olim Joannis Babtistae Benesla Ci-
vis Crac. relictae ad presens vero Famati Nicolai Aromatarij
Civis Crac. consortis literas papiraceas Sigillo Civitatis Cibiniu
in Regno Ungariae obsignatas Testamentum praedicti Joannis
Babtistae Benesla praedicta Ursula tunc in crudeli detentione
existente in eadem civitate defuncti in se continen. sanas salvas om-
niq suspicione carentes supplicatumq nobis est quatenus easdem
autoritate nra approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem
literarum Series de verbo ad verbum talis erat Actum in Civitate etc.
Nos itaq supplication. praedicts benigne annuentes literas praedict.
atq adeo ipsum Testamentum quatenus iuri communi non repugnat
in omnibus eius punctis clausulis et articulis approban. et confirman.